tus non tractus Ullus maritimus totius amplius a vi et impetu eius esse potest
mediterranea et remotissima quem ut est insatiabilis et alieni appetens bellum
nunc spectabit nos et si iactura ipa nunc fuerit duo anno ~~[illegible]~~ sumus quam maio
re potius periculorum instantia excitatores crederemus ~~[illegible]~~ facti, auximus classem
nostram et ad nova firmioraque mittenda presidia non destitimus, ut terra nostra et
ceteros christianos populos quorum cervicibus ~~inmineret~~ imminet hostis tueamur (tamen non ignari tan-
tas vires nostras impares esse tanto hosti, iam diu supra vires fecimus, restitimus
iam septimo elapso, sustinuimus impetum et ruinam christianitatis. Sed maioribus viribus
opus est, christianorum omnium principum interest laboranti atque adeo labenti rei publice
christiane ferre suppetias non est cur amplius alter alterum spectemus, nec est cur de privato
et alieno commodo disputemus, ineunda sunt festinato salutaria consilia, arma cor-
ripienda, hosti insolentissimo maturato occurrendum celeritate et facto securitati omnium et
presertim Ytalie prospiciendum est (hec non clarius Reverende d. v. scribenda duximus quod
non optime omnia ista tenere eam et iam perspexisse dubitemus. Sed quia in eadem
navi ut aiunt omnis christianitas est in eodem periculo versatur, cumque auctoritate et consilio
et sapientia polleat, et gubernacula ecclesie dei teneat, consule et opitulare rebus afflictis
christianis salutarem possitis, nisi cum Ytalia coniret christiani principes moneant [illegible]
hec complectatur ab omnibus volentes quod ducant et nolentes trahant prout [illegible]
paulo post actum erit de omni christiana summa. Datum in nostro ducali palatio die xviii augusti
Indictione tertia Millesimoquadringentesimosexagesimoseptimo

Cristoforus Mauro dei gratia dux
Venetiarum